

suam sinodum venire compellet nec excommunicet, neque distringat, sed tantum consecratio abbatis in ipsius potestate permaneat et abbas per singulos annos in monasterio suo secundum veterem scriptum in festo Sanctor. Felicis et Fortunati praeparet prandium cum duodecim sedentibus, et navigantibus sex tantum, aut prandium sibi praeparet, aut propter prandium persolvat eis denarios centum, et si perrexit supradictus episcopus ad sedem gradensem ad sinodalem conventum det ei abbas, qui per tempora fuerit denarios quinque et unum denarium in letania, si ad eundem monasterium perrexerit, nil amplius secundum promissionis cartas, quae inter utrasque partes factae sunt. Similiter constituimus de ecclesiis, quae ad ipsum monasterium subditae sunt, quas nominatim exprimimus, idest monasterium S. Felicis et Fortunati, et S. Mariae situm in Litus, et ecclesiam S. Stephani de Altino et S. Felicis de Duera, pro qua annualiter abbas predicti monasterii persolvere debeat denarios quinque et de omnibus rebus et pertinentiis eorum in libertate permaneat. Nam predictus Dei zenobius omni in libertate permaneat et secure faciat, nec subtrahere inde praesumat, sed in omnibus ibi constituat, sicut superius dictum est. Si quis autem contra haec ire praesumpserit et hanc nostram constitutionem corrumpere voluerit, incadat in iram Dei Omnipotentis Patris et Filii et Spiritus Sancti cum Juda traditore Dni nostri Jesu Cristi eternum habeat incendium, et insuper componat auri obrizi libras decem medietatem in camera palatii et medietatem in predicto Dei monasterio et haec cartha dijudicatus omnibus pro futuris temporibus maneat in sua firmitate (1).

(1) È a credersi che sia corso errore nella data o nel nome del doge, il quale nell'anno indicato in testa al documento e che corrisponde al 934, non era un Giovanni, ma Pietro Candiano II, mentre dogi Giovanni non abbiamo che Gio. Participazio I 829-837, e Gio. Participazio II 881-887. L'anno 23 di Costantino, prendendo a contare gli anni di questo dal 911, corrisponde al 934 e quindi esattamente all'indizione VIII. Sarebbe forse a rettificarsi la serie dei Patriarchi di Grado, e de' vescovi di Olivolo, Malamocco, Eraclea, Caorle e Altino o Torcello coi nomi che risultano da questo documento.